(37)

154 141

1.ª Propositio

Deos nã estaa tã perfeitamente na terra como nos ceos porq̃ na terra sòmete estaa sua semelhança.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Censura

Ratione posterioris partis est propositio haeretica. quia fides docet Deum secundum suam substantiam vbiq̃ esse praesentem. Hiere. 23. coelum & terram ego impleo. quod a Deo dictum est vt doceret nihil posse ipsum latere, qui vbiq̃ praesens esset. idem significant verba illa sapientiae 1.º spus dni replevit orbem terrarum. cum enim de maledico homine praemissum esset. Renum illius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguae eius auditor. continuo subiungitur. quia spus dni replevit orbem terrarum. Psal. 138. quo a facie tua fugiam? si ascendero in coelum tu illic es, si descendero in infernum ades. &c. Actorum 17. non longe est ab vnoquoq̃ nostrum: in ipso enim viuimus, mouemur & sumus. item si alicubi esset secundum suam substantiam & alicubi non, non pugnaret illum transire de loco ad locum: At fidei aut spectat, in eum cadere non posse mutationem aut vicissitudinis obumbrationem. item id cum illius immensitate pugnat Psal. 144. magnitudinis eius non est finis. ~~Baruch~~ Baruch 3. magnus est & non habet finem, excelsus & immensus, in symbolo Athanasij a concilio florentino in instructione Armenorum approbato. immensus pater, immensus filius &c. in concilio latera. sub inno. 3. c. firmiter de summa. tri. et fid. cath. vnus est solus verus Deus, immensus, incommutabilis, incomprehensibilis omnipotens &c. item fides docet Deum de nihilo condidisse omnia: quare cum vbiq̃ sit aliquid a Deo creatum, et creatio nominis a solo Deo potuerit esse immediate; fit vt Deus vbiq̃ sit secundum suam substantiam.

2.ª Propositio

Na Hostia consagrada estaa sòmete a semelhãça de Deos.

censura

Est heretica quia ibi realiter est Christus, qui est verus Deus. Et ob id non est ibi solum imago Dei. item quia eum asserat et prius semp. positionem velle videt essentiam Dei non esse praesentem hostiae siue ante consecrationem, siue post consecrationem

Sthoma? Luca e Existen
tiam Dei integra et
in sacramento altaris

141